



22142964



International Baccalaureate®  
Baccalauréat International  
Bachillerato Internacional

**LATIN  
HIGHER LEVEL  
PAPER 2**

Tuesday 6 May 2014 (morning)

2 hours

---

**INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer four questions from two genres only.
- The maximum mark for this examination paper is *[44 marks]*.

*Answer four questions from two genres only. These questions should be taken from the two genres you have studied.*

### Genre: Elegiac and Lyric poetry

#### Question 1. Catullus 64.164–185

sed quid ego ignaris neququam conqueror auris  
 165 exsternata malo, quae nullis sensibus auctae  
 nec missas audire queunt nec reddere voces?  
 ille autem prope iam mediis versatur in undis,  
 nec quisquam adparet vacua mortalis in alga.  
 sic nimis insultans extremo tempore saeva  
 170 fors etiam nostris invidit questibus auris.  
 Iuppiter omnipotens, utinam ne tempore primo  
 Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes,  
 indomito nec dira ferens stipendia tauro  
 perfidus in Creta religasset navita funem,  
 175 nec malus hic celans dulci crudelia forma  
 consilia in nostris requiesset sedibus hospes!  
 nam quo me referam? quali spe perdita nitor?  
 Idaeosne petam montes? ah, gurgite lato  
 discernens ponti truculentum ubi dividit aequor?  
 180 an patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui  
 respersum iuvenem fraterna caede secuta?  
 coniugis an fido consoler memet amore,  
 quine fugit lento incurvans gurgite remos?  
 praeterea nullo litus, sola insula, tecto,  
 185 nec patet egressus pelagi cingentibus undis:

- (a) Translate *sed ... voces* (lines 164–166). [3 marks]
- (b) Scan *sic ... auris* (lines 169–170). [2 marks]
- (c) *Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes* (line 172). Explain the meaning of each of these epithets. [2 marks]
- (d) *nam ... remos* (lines 177–183). Discuss how the questions in this section portray the personal history of the speaker. Support your answer by quoting **three** words or phrases from the Latin text. [3 marks]

**Genre: Elegiac and Lyric poetry****Question 2. Horace *Odes* 3.2.17–32**

Virtus, repulsae nescia sordidae,  
intaminatis fulget honoribus  
nec sumit aut ponit securis  
20 arbitrio popularis aurae.

Virtus, recludens immeritis mori  
caelum, negata temptat iter via  
coetusque volgaris et udam  
spernit humum fugiente penna.

25 est et fideli tuta silentio  
merces: vetabo, qui Cereris sacrum  
volgarit arcanae, sub isdem  
sit trabibus fragilemque mecum

30 solvat phaselon; saepe Diespiter  
neglectus incesto addidit integrum,  
raro antecedentem scelestum  
deseruit pede Poena clando.

- (a) *Cereris ... arcanae* (lines 26–27). To what does this phrase refer? Give **two** details. [2 marks]
- (b) Who or what is *Diespiter* (line 29), and what does Horace claim about what *Diespiter* does? [2 marks]
- (c) Discuss how Horace uses his poetic technique to support the theme of virtuous achievements/deeds in this poem. Support your argument by quoting precise details from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Epic****Question 3. Virgil *Aeneid* 4.478–502**

“inveni, germana, viam – gratare sorori –  
 quae mihi reddit eum, vel eo me solvat amantem.  
 480 Oceani finem iuxta solemque cadentem  
 ultimus Aethiopum locus est, ubi maxumus Atlas  
 axem humero torquet stellis ardentibus aptum:  
 hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,  
 Hesperidum templi custos, epulasque draconi  
 485 quae dabat, et sacros servabat in arbore ramos,  
 spargens umida mella soporiferumque papaver.  
 haec se carminibus promittit solvere mentes  
 quas velit, ast aliis duras immittere curas,  
 sistere aquam fluiis, et vertere sidera retro;  
 490 nocturnosque movet Manis: mugire videbis  
 sub pedibus terram, et descendere montibus ornos.  
 testor, cara, deos et te, germana, tuumque  
 dulce caput, magicas invitam accingier artes.  
 tu secreta pyram tecto interiore sub auras  
 495 erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit  
 impius, exuviasque omnis, lectumque iugalem,  
 quo perii, superimponas: abolere nefandi  
 cuncta viri monumenta iuvat, monstratque sacerdos.”  
 haec effata silet; pallor simul occupat ora.  
 500 non tamen Anna novis praetexere funera sacris  
 germanam credit, nec tantos mente furores  
 concipit, aut graviora timet, quam morte Sychaei.

- (a) *inveni ... viam* (line 478). Describe the “way” the speaker claims to have found. Support your argument by quoting **three** words or phrases from the Latin text anywhere in the extract. *[3 marks]*
- (b) Scan *ultimus ... aptum* (lines 481–482). *[2 marks]*
- (c) *tu ... superimponas* (lines 494–497). What **two** things does the speaker ask to be done? *[2 marks]*
- (d) Translate *non ... Sychaei* (lines 500–502). *[3 marks]*

**Genre: Epic****Question 4. Virgil *Aeneid* 4.1–19**

at regina gravi iamdudum saucia cura  
 volnus alit venis, et caeco carpitur igni.  
 multa viri virtus animo, multusque recursat  
 gentis honos: haerent infixi pectore voltus  
 5 verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.  
 postera Phoebea lustrabat lampade terras,  
 umentemque Aurora polo dimoverat umbram,  
 cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:  
 “Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!  
 10 quis novus hic nostris successit sedibus hospes,  
 quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!  
 credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.  
 degeneres animos timor arguit: heu, quibus ille  
 iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!  
 15 si mihi non animo fixum immotumque sederet,  
 ne cui me vinclo vellem sociare iugali,  
 postquam primus amor deceptam morte fefellit;  
 si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,  
 huic uni forsitan succumbere culpae.

- (a) *multa ... quietem* (lines 3–5). Describe **two** qualities or characteristics of Aeneas that occupy Dido's mind. Support your answer by quoting the Latin text. [2 marks]
- (b) *si mihi ... culpae* (lines 15–19). Comment on Dido's assertion about marriage. Support your comment by quoting **two** details from the Latin text. [2 marks]
- (c) Discuss **four** ways in which this extract exemplifies Virgil's literary artistry. Support your argument with **four** words, phrases, or precise details quoted from the Latin text. [8 marks]

**Genre: Historiography****Question 5. Tacitus *Annals* 14.37–38**

ac primum legio gradu immota et angustias loci pro munimento retinens, postquam in propius suggressos hostis certo iactu tela exhauserat, velut cuneo erupit. idem auxiliarium impetus; et eques protentis hastis perfringit quod obvium et validum erat. ceteri terga praebuere, difficili effugio, quia circumiecta vehicula saepserant abitus. et miles ne mulierum quidem neci temperabat,  
5 confixaque telis etiam iumenta corporum cumulum auxerant. clara et antiquis victoriis par ea die laus parta: quippe sunt qui paulo minus quam octoginta milia Britannorum cecidisse tradant, militum quadrungentis ferme interfectis nec multo amplius vulneratis. Boudicca vitam veneno finivit. et Poenius Postumus, praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecimanorum  
10 vicesimorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat abnueratque contra ritum militiae iussa ducis, se ipse gladio transegit. contractus deinde omnis exercitus sub pellibus habitus est ad reliqua belli perpetranda. auxitque copias Caesar missis ex Germania duobus legionariorum milibus, octo auxiliarium cohortibus ac mille equitibus; quorum adventu nonani legionario milite suppleti sunt, cohortes alaeque novis hibernaculis locatae quodque nationum ambiguum aut adversum fuerat igni atque ferro vastatum. sed nihil aequa quam fames adfligebat  
15 serendis frugibus incuriosos, et omni aetate ad bellum versa, dum nostros commeatus sibi destinant.

- (a) Translate *ac primum ... erupit* (lines 1–2). [3 marks]
- (b) *quippe ... vulneratis* (lines 6–7). What are the numbers of dead on each side of the battle given by Tacitus? [2 marks]
- (c) Give **two** details about the death of Poenius Postumus. [2 marks]
- (d) *contractus ... vastatum* (lines 10–14). Describe **three** things that were done with regard to the deployment of forces following the defeat of Boudicca. Support your answer by quoting the Latin text. [3 marks]

**Genre: Historiography****Question 6. Tacitus *Annals* 14.42–43**

ex quis C. Cassius sententiae loco in hunc modum disseruit: “saepe numero, patres conscripti, in hoc ordine interfui, cum contra instituta et leges maiorum nova senatus decreta postularentur; neque sum adversatus, non quia dubitarem super omnibus negotiis melius atque rectius olim provisum et quae converterentur in deterius mutari, sed ne nimio amore antiqui moris studium meum extollere  
5 viderer. simul quidquid hoc in nobis auctoritatis est crebris contradictionibus destruendum non existimabam, ut maneret integrum si quando res publica consiliis eguisset. quod hodie venit consulari viro domi suae interfecto per insidias servilis, quas nemo prohibuit aut prodidit quamvis nondum concusso senatus consulto quod supplicium toti familiae minitabatur. decernite hercule impunitatem: at quem dignitas sua defendet, cum praefecto urbis non profuerit? quem numerus  
10 servorum tuebitur, cum Pedanium Secundum quadrangenti non protexerint? cui familia opem feret, quae ne in metu quidem pericula nostra advertit? an, ut quidam fingere non erubescunt, iniurias suas ultus est interactor, quia de paterna pecunia transegerat aut avitum mancipium detrahebatur?  
pronuntiemus ulti dominum iure caesum videri.

- (a) Give **two** reasons suggested by C. Cassius for his past reluctance to speak against the new decrees (*nova decreta*, line 2). Refer closely to the Latin text. [2 marks]
- (b) *quod hodie ... servilis* (lines 6–7). Give **two** details about Pedanius Secundus. [2 marks]
- (c) Discuss Tacitus’s method and narrative technique in presenting speeches in his historical writing. Support your answers with the Latin text. [8 marks]

**Genre: Letters****Question 7. Pliny the Younger *Letters 7.33.1–15***

auguror nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras; quo magis illis – ingenue fatebor – inseri cupio. nam si esse nobis curae solet ut facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, nonne debemus optare, ut operibus nostris similis tui scriptor praedicatorque contingat? demonstro ergo quamquam diligentiam tuam fugere non possit, cum sit in publicis actis, demonstro tamen quo 5 magis credas, iucundum mihi futurum si factum meum, cuius gratia periculo crevit, tuo ingenio tuo testimonio ornaveris. dederat me senatus cum Herennio Senecione advocatione provinciae Baeticae contra Baebium Massam, damnatoque Massa censuerat, ut bona eius publice custodirentur. Senecio, cum explorasset consules postulationibus vacatuos, convenit me et “qua concordia” inquit “iniunctam nobis accusationem exsecuti sumus, hac audeamus consules petamusque, ne bona 10 dissipari sinant, quorum esse in custodia debent.” respondi: “cum simus advocati a senatu dati, dispice num peractas putas partes nostras senatus cognitione finita.” et ille: “tu quem voles tibi terminum statues, cui nulla cum provincia necessitudo nisi ex beneficio tuo et hoc recenti; ipse et natus ibi et quaestor in ea fui.”

- (a) *auguror ... cupio* (lines 1–2). To whom is this letter addressed and to what purpose? [2 marks]
- (b) *cum sit in publicis actis* (line 4). To what does the expression *in publicis actis* refer? Give **two** details. [2 marks]
- (c) Give **three** details of the discussion Pliny relates. Support your answer by quoting the Latin text. [3 marks]
- (d) Translate *tu ... fui* (lines 11–13). [3 marks]

**Genre: Letters****Question 8. Pliny the Younger *Letters 2.1.7–12***

et ille quidem plenus annis abit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit: nobis tamen quaerendus ac desiderandus est ut exemplar aevi prioris, mihi vero praecipue, qui illum non solum publice quantum admirabar tantum diligebam; primum quod utrique eadem regio, municipia finitima, agri etiam possessionesque coniunctae, praeterea quod ille mihi tutor relictus affectum parentis 5 exhibuit. sic candidatum me suffragio ornavit; sic ad omnes honores meos ex secessibus accucurrit, cum iam pridem eiusmodi officiis renuntiasset; sic illo die quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos sacerdotio iudicant, me semper nominabat. quin etiam in hac novissima valetudine, veritus ne forte inter quinque viros crearetur, qui minuendis publicis sumptibus iudicio senatus constituebantur, cum illi tot amici senes consularesque superessent, me huius aetatis per quem 10 excusaretur elegit, his quidem verbis: “etiam si filium haberem, tibi mandarem.” quibus ex causis necesse est tamquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam, si tamen fas est aut flere aut omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finita quam vita est. vivit enim vivetque semper, atque etiam latius in memoria hominum et sermone versabitur, postquam ab oculis recessit. volo tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac una contemplatione defixus est. Verginium 15 cogito, Verginium video, Verginium iam vanis imaginibus, recentibus tamen, audio alloquor teneo; cui fortasse cives aliquos virtutibus pares et habemus et habebimus, gloria neminem.

- (a) *primum ... exhibuit* (lines 3–5). Give **two** details which Pliny relates to describe his affinity with Verginius. [2 marks]
- (b) *quin etiam ... mandarem* (lines 7–10). For what office does Verginius recommend Pliny? What is his reason for doing so? [2 marks]
- (c) Discuss how Pliny’s literary style enhances his portrayal of his own grief at the death of Verginius. Support your argument by quoting the Latin text. [8 marks]

**Genre: Philosophy****Question 9. Lucretius 3.506–525**

haec igitur tantis ubi morbis corpore in ipso  
 iacentur miserisque modis distracta laborent,  
 cur eadem credis sine corpore in aëre aperto  
 cum validis ventis aetatem degere posse?  
 510 et quoniam mentem sanari corpus ut aegrum  
 cernimus et flecti medicina posse videmus,  
 id quoque praesagit mortalem vivere mentem.  
 addere enim partis aut ordine traiecere aecumst  
 aut aliquid prosum de summa detrahere hilum,  
 515 commutare animum qui cumque adoritur et infit  
 aut aliam quamvis naturam flectere quaerit.  
 at neque transferri sibi partis nec tribui vult  
 inmortale quod est quicquam neque defluere hilum;  
 nam quod cumque suis mutatum finibus exit,  
 520 continuo hoc mors est illius quod fuit ante.  
 ergo animus sive aegrescit, mortalia signa  
 mittit, uti docui, seu flectitur a medicina.  
 usque adeo falsae rationi vera videtur  
 res occurrere et effugium paecludere eunti  
 525 ancipitique refutatu convincere falsum.

- (a) Scan *cur ... posse* (lines 508–509). [2 marks]
- (b) *et ... vivere mentem* (lines 510–512). What comparison does Lucretius draw? What does this comparison prove? [2 marks]
- (c) *addere ... medicina* (lines 513–522). Summarize the **three** steps through which Lucretius's argument is developed. [3 marks]
- (d) Translate *usque ... falsum* (lines 523–525). [3 marks]

**Genre: Philosophy****Question 10. Lucretius 3.216–236**

ergo animam totam perparvis esse necesset  
 seminibus nexam per venas viscera nervos,  
 qua tenuis, omnis ubi e toto iam corpore cessit,  
 extima membrorum circumcaesura tamen se  
 220 incolumem praestat nec defit ponderis hilum.  
 quod genus est, Bacchi cum flos evanuit aut cum  
 spiritus unguenti suavis diffugit in auras  
 aut aliquo cum iam sucus de corpore cessit;  
 nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur  
 225 propterea neque detractum de pondere quicquam,  
 ni mirum quia multa minutaque semina sucos  
 efficiunt et odorem in toto corpore rerum.  
 quare etiam atque etiam mentis naturam animaeque  
 scire licet perquam pauxillis esse creatam  
 230 seminibus, quoniam fugiens nil ponderis aufert.  
 nec tamen haec simplex nobis natura putanda est.  
 tenvis enim quaedam moribundos deserit aura  
 mixta vapore, vapor porro trahit aëra secum;  
 nec calor est quisquam, cui non sit mixtus et aër;  
 235 rara quod eius enim constat natura, necesset  
 aëris inter eum primordia multa moveri.

- (a) *ergo ... hilum* (lines 216–220). How is the soul constituted according to Lucretius? Support your answer by quoting **two** details from the Latin text. [2 marks]
  - (b) *quod ... cessit* (lines 221–223). Give **two** examples of Lucretius's use of imagery in these lines. [2 marks]
  - (c) Discuss how Lucretius's poetic art enhances the philosophical argument of this extract. Support your argument by quoting words, phrases or precise details from the Latin text. [8 marks]
-